non sit ab aliqua sapientia, ita nullum est esse quod non sit ab aliqua essentia, nam
igitur ipsa forma accidentalis sit aliqua essentia, ab huiusmodi forma fluet aliquod esse
sed quia ex tali forma et suo subiecto non constituitur essentia aliqua ab ipso toto
sive ab ipso composito ex subiecto et forma accidentali, nullum aliquod esse fluit.

·14· Omne esse quod ab accidentali forma subiecto imprimitur
cum forma accidentali et suo susceptibili non ponit in
numerum ut res tertia dici possit. Ex propositionibus praemissis sufficienter ostenditur
quod omnis forma accidentalis dat suo subiecto aliquod esse. ut quantitas extendit materiam
et dat ei esse extensum, ipsa ergo extensio materiae est quoddam esse eius, quod recipit
a quantitate. Debemus enim imaginari quod materia de se non dicit quid actu extensum
sed dicit aliquid quod est in potentia ut extendatur. Propter quod bene dictum est quod esse quod recipit
materia a quantitate, nihil est aliud quam prima actualitas vel prima extensio quam materia a quan-
titate recipit, et quia una et eadem extensio per quam quantitas extendit et materia
extenditur, Ideo ex forma accidentali et suo subiecto fit unum esse secundum ~~substantiale~~ sicut accidentale
ex forma substantiali et materia fit unum secundum esse substantiale, et quod dictum est de quantitate respectu
materiae vel respectu sui subiecti, intelligendum est de qualibet accidentali forma respectu eius quo suscipitur. Nam albedo albificat id in quo est et dat ei esse album, quaelibet enim forma
accidentalis afficit aliquo modo suum subiectum, et dat ei aliquod esse. Et quia sic est multum
dubitatur de isto esse quid sit utrum sit res 3a differens a suo subiecto et a ~~forma~~ forma
accidentali. Ut si materia extendatur per quantitatem, et habet esse extensum, quaeritur de ipsa
extensione utrum sit res 3a differens a quantitate et materia. Et quia de hoc in quodam
nostro libello de formis diffuse et sub quadam absolutione locuti sumus Ideo
hic declarare, et quantum ad propositum spectat breviter ostendimus quod esse quod recipit subiectum
a forma accidentali solum est quidam modus essendi et non res 3a differens ab ipsa forma
et suo subiecto. Ut si extensio est prima actualitas et illud esse quod recipit materia
huiusmodi extensio sive huiusmodi esse cum quantitate et materia non ponit in numerum ut res
3a dici possit. Possumus tamen quantum ad praesens spectat adducere 4or rationes ad impossibile
hoc quod diximus declarantes. Prima impossibile est quia hoc posito partes non essent una
materia, et per consequens non materia sit substantia partes substantiae non essent substantia. Secunda est quia
hoc posito forma non uniret suo subiecto per se nec essentiam et per consequens non fieret ex
eis unum secundum esse. Tertia impossibile, quia secundum hanc hypostasim esset processus in in-
finitum quod in naturalibus rebus esse omnino negandum est. Quarta et ultima est quia
secundum hanc hypostasim compositum huius non differret a composito ex hiis. Prima autem
sic patet Nam si partes materiae sint materia, cum materia extensa non sit aliud quam

ma hus ptes et sua extensio solam mat notabit Nam si extensio mae dicit
alia rem real' differentem a ma oportet qd ptes mae que conveniunt ei ratione
extensionis non eet ipa ma Et qr ut dicebat ma e subia si ptes mag no
sunt ma ptes subie no sunt subia qd plane pz ex supra ymaginabimur eam
de se ee ans quid indeterminatu et ee oio in pon ad omnem determinacionem ego ma
de se e in pon ut extendat et ut determinet p extensionem sicut determinat pon
factiva ea vo actu coniungit quanti et actu extendit et actu determinat Sic ma
non extensa non differt nisi sicut indeterminatu et determinatu pz qd ipa ~~extensio~~
extensio que competit mae p quantite non e res 3a differens a ma et quantite sz est
quedam determinacio mae vel e quedam modus se habendi sive quidam modus essendi qd
hz ma ut e quanti conjuncta et sicut ee qd dat quantitas non e res 3a differens
a quante et a suo subo sz illud ee nichil est aliud quam quedam determinacio mae
p quantite sic ee qd dat quedam alia accitalis forma non e res 3a differens a forma
illa accitali et a suo subo sz e quedam determinacio subiecti p coniungi formam Et si
nichilominus sic obicitur prima si ee qd dat forma accitalis suo subo eet res 3a
differens a tali forma et a subo illo tunc forma no prius subiecto p sua essencia
nec p se ipam sz p aliquid qd a forma fluit debemus ergo ymaginari qd quantitas se ipam
se extendit in ma et ma se ipam extendit p quantitatem Ideo ego e ibi dare quandam
aliam rem 3am differentem a ma et quante p quam sic extendatur illa vel extendit
ut in superioribus diffusius dicebat Non ait querere aliquam aliam rem tamquam ex
pon et actu fiat unum sz eo ipo qd hoc e pon hoc e actu sit ex eis unum sic
si forma quecumque sit illa no p se ipam perficit suum subiectum et subiectum no p se
ipm perficitur ab illa sed oportet dare rem aliam 3am p quam forma
suo subo coniungitur p quam id perficit hec vel perficiet forma no uniretur subo
p sua essentia et p ons oportet querere essenciam tamquam p quam ex actu et pon
fieret unum qd supra est p priam sententias late no pt Tercium inconveniens qd hic
declaratur Nam si forma imprimit aliquod ee suo subo qd sit res 3a differens
ab utraque tunc qro de illo ee utrum se ipo perficiat subiectum vel imprimat ei
rem aliam ut ipm perficiat et qr no est abire in infinitum e standum in pmo
Et dicamus formam se ipam ~~perficere~~ perficere subiectum se ipo perficeri nec e ibi ee qd pt
res 3a differens ab utroque ut qd dixi in fine patebit Dicemus qd quantitas dat
ista tn extensio non e res 3a differens a ma et quante qr si quantitas extendendo
mag imprimit ei quandam aliam extensionem differentem a ma ~~forma extendens~~
~~mae~~ et quante tunc qro de illa extensione utrum se ipa extendet mam
vel imprimit ei aliquam aliam extensionem vel ego eet abire in infinitum vel
est standum in pmis Ut dicamus qd quantitas no imprimit mae aliquam aliam
extensionem que sit res 3a differens ab utroque sed dices qd sicut quantitas
extendens no e aliquid aliud quam quantitas ita e quantitas mag determinans sic ma
extensa no e aliquid aliud quam ma sz e ma determinata p quantitatem
Et qd dicitur e de quante dicitur mae veritatem hz de qualibet forma accitali
suo subiecti Quartum et ultimum inconveniens est qr hoc posito ut dicebatur
compositum ex hijs no differt a composito p mixtis debemus ergo ymaginari qd sic nil
resultaret in ma ex eo qd componit forme vel nichil resultaret in subo
ex eo qd componit accitaliter sicut nichil resultat in lapide ex eo qd coniungit
alij lapidi ex eo qd dd eet compositum sunt no p se dici componi qz si
hic p se ee Vere qr ma nisi coniungitur forme vel quanti et nisi
subiectum coniungit dom accitali nisi aliquid resultaret ~~ex~~ ipo Ideo sicut

non modica sed magna compositionem inducit, quod si de hoc exemplum quaeramus exemplum patet in
materia quantitati coniuncta. Nam aliquid resultat in materia ex eo quod quantitati coniungitur.
Nam materia secundum se est quid indivisibile et quid inextensum nominat, sed si coniungatur
quantitati resultabit in ea quaedam extensio, et habebit materiam esse extensam, quare si eo
~~prius~~ posterior est materia extensa quam ~~materia~~ non extensa, compositior est materia quantitati
coniuncta quam per se accepta. Sed si extensio resultans in materia eo quod coniungitur quantitati
esset quaedam res tertia differens a materia et quantitate, tunc materia extensa diceret duas res, quare
materia sic accepta esset composita ex hiis. Hoc enim posito diceremus materiam extensam
componi ex materia et sua extensione. Propter quod compositio huiusmodi non debet attendi ex hiis quod
stat esse plures, quia aliud est hic compositio aliud ista. Revertamur ad propositum et dicamus
quod illud esse extensum sive ista extensio quae resultat in materia ex eo quod coniungitur
quantitati, non est nisi quaedam determinatio materiae, nec est res tertia differens a materia et quantitate
sed est quidam modus essendi, et quidam modus se habendi quem habet materia ut est quantitati
coniuncta, et quod dictum est de esse extenso quod non est res tertia differens a materia et quantitate
intelligendum est de omni ~~forma~~ esse quod dat forma accidentalis suo subiecto. Quare bene
dictum est quod licet ab omni forma accidentali imprimatur subiecto aliquod esse, illud tamen esse cum illa
forma accidentali et suo subiecto non venit ut res tertia dici possit. Propositio 14ma

2 16 Omne quod in substantiis causatur a forma partis cum materia et forma
non ponit in numerum ut ab eis res tertia realiter differens
valeat nuncupari. Quod in 13 propositione diximus de esse causato a forma accidentali
hoc 14 dicit de esse causato a forma substantiali, non a forma totius sed a forma partis.
Est enim huiusmodi propositionis intentio quod sicut esse quod causatur a forma accidentali et subiecto non
est res tertia differens ab ipsa accidentali forma et suo susceptivo, sic esse quod causatur a forma
~~partis~~ substantiali in materia non est res tertia differens ab utrisque. Ymaginabimur enim quod in
rebus materialibus in quibus habet locum propositio tacta est forma partis et forma totius. Esse
autem quod causatur a forma totius est realiter differens ab ipsa quidditate et ab ipsa forma
totius et ab ipsa essentia. Ut si humanitas est in homine, forma totius esse causatur
ab ea et realiter differens ab ipsa. Ut dicimus hominem esse quid ex humanitate et esse
sive ex essentia et esse. Nam ipsa humanitas quae sit tota essentia hominis et eo quod totalis
eius, dicta est forma totius, quia dicit totum per modum formae. Esse autem quod causatur
a forma totius ut in 19 propositione patebit, est res differens ab ipsa forma, sed esse quod
causatur a forma partis est quidam modus essendi et est quaedam determinatio materiae et non
est res tertia differens a materia et forma, ut est illud de quo dicitur quod omnes res creatae sunt compositae
ex essentia et esse. Unde in propositione octava dicebatur quod licet in rebus materialibus videatur
reperiri duplex esse. Unum quod causatur a forma partis, et aliud quod fluit a forma
totius. Unum tamen illorum est esse simpliciter, ut illud quod causatur a forma totius, illud
vero non est esse simpliciter sed quidam modus essendi potest nuncupari. Ut illud quod fluit
a forma partis. Volumus itaque ad praesens rationibus evidentibus declarare quod esse quod
fluit in materia a forma partis non est res tertia differens ab utrisque. Videtur enim quod huiusmodi
~~res~~ esse non est tertia res differens ab esse reali. Et quia cum nos loquimur de esse
intelligimus de esse quod ponit in numerum cum essentia, ex quo esse et essentia omnia creata dicuntur
esse. Propter quod bene dictum est quod huiusmodi esse quod fluit a forma partis non est esse
simpliciter sed magis est modus essendi. Possumus autem hoc venari triplici via
sumpta quod materialis forma quantum ad praesens spectat ad tria comparatur, videlicet ad materiam
ad formas materiales et ad intellectum nostrum. Nam haec distinctio de forma partis et

et forma totius ut dicebat ipso vero in rebus naturalibus locum non habet. Hec si sic ipso
quam henus (?) principalibus loquitur de forma etc. quod loquamur de forma naturali que ut
dicebatur secundum quod comparatur ad totum. Philosophi via incumpabunt (?) quod esse quod sunt a se ipsis
non habet forma et sua materia non ponunt in numerum ut res secunda dici possit. Quinta via
sic patet. Illam sic arguebamus de forma accidentali quod esse quod sunt ab ipsa non est res
secunda deinde a suo subiecto et ab ipsa forma eo quod forma accidentalis representans et per naturam
contraria vincat, multo magis hoc verificabitur de forma substantiali eo quod magis fiat
unum ex ea et materia quam ex accidentibus et subiecto. Dicemus ergo quod sicut quantitas se
ipsam extendit materiam et materia se ipsam extendit per quantitatem, sic forma se ipsa perficit
materiam et materia se ipsa perficit per formam. Dicemus ergo quod sicut quantitas dando suo
subiecto esse extensum non imprimit ei extensionem aliquam quod rem realiter differentem,
sic forma substantialis perficiendo materiam et dando ei substantiale esse non imprimit ei rem
aliquam secundam que realiter sit diversa a materia et forma. Primo sicut arguebamus de forma
accidentali quod si huiusmodi forma perficit suum subiectum imprimendo ei aliquid esse et aliquid
actualitate aliud a se ipsa, tunc queremus de illo esse et de illa actualitate utrum
representans perficiat materiam vel perficiat eam imprimendo ei aliquid aliud esse, quia
ut dicebatur non est abire in infinitum, standum est in primis ut dicebamus formam
accidentalem perficere subiectum non imprimendo ei actualitatem aliam que sit res realiter dif-
ferens ab utrisque et ut melius appareat veritas premissorum, dicemus quod sicut materia
extensa per quantitatem est compositum quam materia per se considerata, non tamen habet compositio ex hiis
ut possit dici materia et sua extensio due res secundum compositionem huius, ut quia ab eadem se
habent vel aliqua determinatio resultat in materia secundum quod comparatur quantitati sic est materia
perfecta per formam substantialem compositum est quam materia in se accepta, eo quod aliquod
esse vel quod idem est aliqua perfectio resultans in materia ut forme comparata non tamen
est huiusmodi compositio ex hiis ut dicantur materia et sua perfectio due res realiter diverse
et huiusmodi materia perfecta non est res quedam alia ex materia et ~~extensione~~ sua perfectione quasi ex
rebus duabus, sed materia perfecta dicit materiam cum quodam modo se habendi vel cum quodam mo-
do se habendi vel quadam determinatione que competit ei ut forme comparata. Ergo non ex
hiis sed huiusmodi sic compositio nominatur. Dicemus enim quod hoc deus dedit nature materie ut per
transmutationem eius inducatur ibi forma. Ut sicut qui facit ceram rotundam
non habet rotunditatem quandam per se et applicat eam cere, sed transmutando ceram
facit ceram positam rotundam, sic et in omnibus transmutabilibus naturalibus, non educuntur (?)
formam de potentia materie per transmutationem materie positam tale facit actu tale, dedit
ergo deus hoc nature materie ut per transmutationem eius inducatur ibi forma. Sic etiam
dedit deus nature materie ut ipsa ens materie habeat quandam diversitatem in se ipsa
secundum quod subicitur alii et alii forme, sicut enim hoc habet cera quod potest esse rotunda
et planea (?) et multarum figurarum, sic hoc habet essentia materie quod potest esse sub hac
forma et sub opposita et sub multis formis sic materia vere ipsa ens cere di-
versificatur cum quod est sub alia et alia forma. Est enim ipsa rotunditas quod est quedam
qualitas aliqua quam cera ad., sed est cera aliter et aliter se habens. Vere enim subiecta cere
dat cere quandam esse actuale ut dat ei sic disponendo ut quod sit hoc vel hoc modo
figurata subiecta rotunda quod causat positam rotundam. Rotunditas ergo est quedam qualitas
superaddita substantie cere, ipsa tamen substantia cere hoc habet quod possit sic diversificari
et secundum quod aliter et aliter diversificatur ut accipiamus diversitatem large per ipsa di-
versitate dicitur habere aliud et aliud accidens esse. Sic vere est ipsa ens materie diversi-
ficata prout est sub alia forma, ipsa tamen essentia materie sic et sic diversificata non
est aliud quam materia, sed materia aliter et aliter se habens. Omnia ergo ista esse non sunt
aliqua alia res quam forma et materia, ipsa essentia materie diversificata per aliam
et aliam formam, sive huiusmodi forma sit substantialis sive accidentalis dicitur habere aliud
et aliud esse substantiale sive accidentale. Sic ergo propositam questionem exposuimus, etiam
exemplificavimus comparationem secundum substantialem formam ad materiam prout habet plenam

corporatum cu forā actuali sz vlig et minus presentates diceimus magis visitai
composita de forma subali quā actuali Nam ex mā et forā subali fit vnum
simpr et pse eo qd mā rer talis fore sit in pon simpr sz si forā subalis
inuenit aliqd ee qd eet actualitas aliqua real' dīus ab ipā forā tunc ex
mā et 1o ee sine ex mā et 1a actualitate fiet vnū partus quia eo ipso qd
intelligitur mā ee aliquid in actu quicqd ei gungitur ad ea nō vnum simpr
et pse sz partus et sm quid · nūqm aut ex duobz in actu fit vnum simpr
et pse ut ex eis possit qdam nā tria resultare · Inde ē qd in superiorib
dicebamus qd ex forā accidentali et subo nō gflatur vna nā 3a eo qd huiusmodi
forā adueniat enti in actu · Ppm in accidentibz distinctio de forā ptis et forā
totius nō ht locum quia nichil ē ibi forā totius nichil ē ibi vna nā vel
eentia gflata ex accidente et subo que possit dici de forā totius nec eius actu
hnt quiditē simpr sz p additamenta intelligitur eni accns ee aliqd [struck: aliquod accns]
additum eentie subiecti et intelligitur subm ee aliud ab eentia accns
qd nō ē intelligibile qd sit aliqua vna eentia uel nā ex vtrisqz gflata
quia tunc eet vna nā et vna eentia in pluribz pntis vt in pncto subē
et accns et fiet vnum simpr ex duobz in actu qd intellectū nō capit · Reuertamur
ergo ad ppositum et dicamus qd quia forā subalis ad mām gparatur nō
ipsumit ei aliqd ee que sit res tria dīus ab vtrisqz quia tunc ex mā
et illo ee fiet vnum pse forā vo subalis que adueniret māe et eciā
enti in actu et gpitte actualitati nō faceret ad ea vnum pse nec simpr sz
partus et 2m quid qd pz ee fkm · Scda via ad investigandum qd idem
sentitur ex eo qd forā mālis gparatur ad forās imāles siue ad subas separatas · Dicimus eni qd id qd facit forā et mā in rebz mālibz hoc facit
in rebz imālibz sola forā ut sicut hō qui ē res mālis ht ee p humanitatem que dicit talem eentiam gposita ex mā et forā sic intelligencia
vel suba aliqua separata que tali noīe vocatur angelus ht ee p solā formaz
que ē eius totalitas eentiē quare sicut in angelis ipā forā nō est qd
est et ee sz ē qd qd est tm ita qd angelus ē gpositus ex forā tanqm ex quo ē
et ex ee tanqm ex eo qd fluit a forā · Sic hō est gpositus ex humanitate
tanqm ex quo ē et ex ee [struck] qd ab humanitate causatur · humanitas ga ī
homine nō dicit qd ē ee sz qd ē tm sz nō humanitate dicit formam pfcientē
mām vel dicit mām pfectam p formam qt dicit aiam pfacientem mām vel
dicit corpus et dicit corpus pfectum p aiam si mā pfecta p formam dicet ea
vt sic dicet ipam mām et ipam formam et eciā dicet ipam pfectionem qd eet
quoddam ee et qdam actualitas quod qdam res 3a dīus ab vtrisqz tunc humanitas nō solum dicit qd ē nec dicet solum eentiam quādam ex mā et forā
gpositam sz dicet qddam ee receptum in mā p formam · humanitas ergo dicet
quod ē et ee vel dicet eentiam et ee qd nullus sane mentis gcedet maiorē
itaqz actualitatem importaret eentia rei mālis dicet eentiam et ee
qm eentia rei imālis que dicet eentiam tm · Dicamus ergo qd mā se
ipā stat et pficit p subalem formam nec est aliqd ee medium inter
mām et formam nisi vellemus appellare ee ipm modum eendi vel ipam
determinatōem quam mā p formas sm quē modum loquendi equocamus in esse
quia ee hic supponit intelligit id qd facit gpositum nō ee et ē ab eentia
real' dīus ex quo ee et eentia oia gposita tertia pmum · Tercia via ad
investigandum hoc idem sentitur ex eo qd forā mālis gparatur ad intellectum.

Diceremus enim ut in antecedentibus dicebatur quod quiditas est siue quidditas est obiectum proprium intellectus
secundum quod quiditas rerum materialium eo quod de talibus intellectus sit sermo non dicit materiam tantum
nec formam tantum sed dicit naturam quandam compositam ex materia perfecta per formam et formam
perficiente materiam. Sed non non possit intelligi talis natura quanta nisi intelligatur ipsa perfectio
per quam materia perficitur et forma perficit si perfectio ita dicit ipsum esse. Dicimus ergo
de rerum quiditatibus rerum et non possent intelligi res nisi intelligeretur esse quare
non constat hoc esse falsum. Dicendum est quod per illa materiae est solum quidam modo essendi vel
quidam modus se habendi vel est quedam determinatio materiae per formam non est autem quedam
res realiter distincta ab utrisque. Est etiam hec determinatio de rerum quiditatibus materialium
vel clauditur in quiditate eius. Nam non possumus intelligere quiditates materialium rerum
nisi intelligamus quandam naturam compositam intellectualiter intelligimus hanc naturam ex formae
declaratione et materia determinata. Sed non in rebus materialibus intelligimus huius naturam
compositam vel intelligimus hanc determinationem materiae per formam. Non propter hoc intelligimus
res materiales esse. Huius ergo determinatio et huius perfectio materiae per formam non est ipsum
esse de quo loquimur. Ymo intelligendo quiditatem cuius partes sunt materia sic determinata
et perfecta et forma sic determinans et perficiens, adhuc non intelligimus talem
quiditatem esse. Sed adhuc huiusmodi quiditas intelligitur in potentia ad esse. Tunc ergo dicendum
est quod esse et perfectio tota in materia a forma partibus non est idem esse de quo dicimus rem
compositam ex essentia et esse. Nisi huiusmodi perfectio ~~esse~~ siue esse ponatur in unum cum
ipsa essentia vel cum materia et forma ut ab eis res realiter differat quod dici possit
sed est solum quedam determinatio materiae quae quanto nomine quidam modus essendi vel quedam
modus se habendi potest nuncupari.

Omnis pluralitas formarum non ponit pluralia esse sed plures essendi modos aut plures determinationes materiae vel subiecti causat et efficit. Quare siue una siue plures forme in re composita esse dicantur semper tamen est unum tantum esse unius singularis rei. **ia** Credunt aliqui unitatem formarum magis subtiliter indagantes quod propter pluralitatem formarum debeamus in re aliqua ponere pluralia esse. Ideo inter unitatem in propositione composita dicta intendimus explicare viam veritatis quod siue una fuit siue plures in re composita esse dicantur semper tamen est unum tantum esse uniuscuiusque rei.
Pluralitas autem formarum non ponit in re pluralia esse, sed plures essendi modos, vel plures
determinationes materiae vel subiecti. Tertia via ad veritatem huius declarandam, prima sumetur
ex ipsis formis, secunda ex ipso supposito, tertia ex ipso esse. Hec sunt nisi formarum supposito
sumimus et esse ita sunt nominata in hac propositione, quod cuius causa opus assumpsimus
quod sic propter necesse valeat ex his que dicemus ad ista argumenta et rationes accipere. Prima autem via sumpta ex ipsis formis satis est per precedentia declarata. Nam
omnis forma vel est accidentalis vel substantialis. Accidentalis et substantialis potest distingui
quia vel est forma partis vel est forma totius. Si ergo propter pluralitatem formarum ponimus in re quanta ponere plura esse, vel hoc erit propter plures formas totius vel
propter plures formas partis, vel propter plures formas accidentales, vel propter has et
illas. Dicunt quidam in aliquo plura esse propter plures formas totius quod omnino
respuit intellectus. Nam cum dicimus in re esse formam partis et formam totius
nichil est aliud quam totum suppositum per modum forme. Forma ergo totius includit
in se ipsam formam partis et partis vero non propter hoc includit totum ipsa. Quare si sunt
totius idem est quod totum suppositum per modum forme ponere in re aliqua plures
huiusmodi formas idem quod ponere plura tota nullo modo esse potest. Quod propter plures tales
formas ponantur in re plura aliqua esse. Ymo et illi qui plures formas in composito
asserunt dicunt ex omnibus illis formis resultare unum totum, ita quod omnes precedentes
forme sunt quasi possibiles ad ultimam. Et illa ultima cum omnibus precedentibus

constituit aliquod vnum totum. Nullus autem adhuc fuit ita demens quod poneret in re
vna aqua esse plures formas totius, quia tunc ibi poneret plura tota, et per consequens
res illa vna nullo modo esset vna, quod est dicere oppositum in adiecto. ¶ Et si dicas hoc
non posse esse naturaliter quod in aliquo sint plures forme totius vel plures nature substantiales
ex quibus non constituatur nisi vna tantum que dicitur totum. Patet tunc esse via via singularis
dicendus quod saltem per huiusmodi modum possumus in re aliqua ponere plura esse. Dicemus quod
de via singulari et de duabus naturis in christo ad presens nichil intendimus tangere.
In parte autem secunda sufficiat non esse plures formas totius, et quod propter earum pluralitatem
non possumus ponere plura esse. Rursus nec propter plures formas partis, nec etiam propter
plures formas accidentales possumus in re aliqua ponere esse. Nam ut declaratum
est xv. et xvi. esse quod causatur in materia a forma partis, et quod fluit in subiecto
a forma accidentali non est res tertia differens, ut ponunt in vnum cum materia et forma
vel cum accidente et subiecto, sed est solum quidam modus essendi et quedam determinatio
materie vel subiecti, ideo propter eorum pluralitatem non plura esse sed plures
essendi modos vel plures determinatos materie vel subiecti in re aliqua sunt ponendi.
Ideo nec propter formas totius, nec propter formas partis, nec propter varietatem accidentium
debemus ponere in re plura esse, nisi forte illos modos essendi vel
ipsas determinationes materie vel subiecti vellemus vocare esse, quod esset extra
proprietatem vocabuli, et extra communem loquendi modum. Intelligimus enim esse quod
realiter distinguitur ab essentia, et componitur cum ipsa et facit compositionem cum ea
secundum communem modum loquendi dicimus res esse compositas ex esse et essentia. Sic enim accepto
esse, nulla formarum pluralitas causat in re aliqua plura esse. De levi etiam videri
quod propter has formas et illas plura esse poni non debent. Non enim sunt in re plura
esse propter pluralitatem formarum, quia ut est ibi forma totius et forma accidentalis, vel quia
ibi est forma accidentalis et etiam forma partis. Nam si esse quod causatur a forma partis
vel quod fluit a forma accidentali non est nisi quidam modus essendi vel quedam determinatio
materie vel subiecti forma partis non forma totius, vel forma accidentalis non forma totius
non causabunt plura esse sed forma totius causabit esse a forma partis. Vel a forma
accidentali causabitur determinatio materie a forma accidentali causabitur determinatio subiecti
sic etiam a forma accidentali et a forma partis non causabuntur plura esse sed a qualibet earum
causabitur quidam essendi modus sive quedam determinatio materie vel subiecti, ut in
ante habitis diffusius est ostensum. ¶ Addendum tamen nos invenisse a magnis
doctoribus tactum, quod propter plures formas accidentales sunt in re plura esse ~~[illegible]~~
accidentalia, quod dictum non indiget ostensione sed expositione. Non enim intelligimus
est, quod a forma accidentali fluat in ipsum subiectum aliquod esse realiter differens ab vtroque
sed ipsum subiectum seipso determinatur et perficitur per accidentalem formam, et ipsa accidentalis
forma seipsa determinat subiectum et perficit. Habet enim ipsum subiectum quandam determinationem
et quendam modum essendi, ex eo quod coniungitur forme accidentali, quod non haberet si esset separatum
ab ipsa. Expositio est ergo quod propter pluralitatem formarum accidentalium sunt in subiecto
plura esse id est plures modi essendi, tamen proprie loquendo de esse, semper vnius rei vnicum
est esse tantum. ¶ Viso quod ex ipsis formis concludere possumus non esse plura esse in
vna et eadem re. Restat hoc idem ostendere ex ipso supposito. Ad cuius evidentiam
est sciendum, quod sicut loquimur de toto rei per se, sic loquendum est de supposito
rei formaliter. Invenimus autem duo genera ponendi ut innuit ~~vij^o metaphysice~~ videlicet
quantitativarum et essentialium, quantitative autem partes non dant esse toti. Essentiales
autem sunt cause esse totius. Et ideo diffinitur totum per partes essentiales ingrediuntur
diffinitionem eius. Sed si diffiniunt partes quantitative totum ingreditur

diffinicionem ipsarum. Differunt ergo hee partes ab illis et conveniunt cum hee partes ad
illas, quia idem est esse totius et omnium partium, in tantum ergo sunt convenientes partes toti
in quantum sunt unum et idem esse cum toto. Igitur propter divisibilitatem unum non oportet
ponere divisa esse, oportet ponere divisa tota quando pars competit esse. nichil est ei aliud
partem habere per se esse, nisi esse divisam a toto, et non est aliud partem esse conjunctam
toti nisi per esse totius. Unum est itaque esse totius et omnium partium tam quantitativarum quam essenti-
alium. Differunt tamen quia aliud esse a partibus essentialibus dependens, et constituitur a quantitativis
aliud vero non causatur nec dependens. Utreque ergo partes sunt convenientes illi esse quod ideo esse
causant sed quantitative sunt convenientes illi esse, quod ab eis id esse non causatur tale esse nec
fluit. et quod dictum est de partibus ad totius unitatem sed de formis ad suppositi. Nam
quia unum est totum quantitativum habeat plures partes propter pluralitatem partium, oportet ponere non
plura esse, eo quod partes non sunt per se sed sunt in toto. et quia est unum totum non oportet po-
nere plura esse, eo quod partes non sunt per se sed sunt in toto. Et quia est unum totum, oportet po-
nere unum esse, ita quod est unum suppositum, dato quod habeat plures partes propter pluralitatem
formarum non oportet ponere plura esse. Nam forme non habent esse per se sed in supposito, et
propter unitatem suppositi oportet ponere unum esse. Dicemus ergo quod omnis forma sive substantialis
sive accidentalis, non habet esse per se sed in supposito Et habet esse per se suppositum. Differenter
tamen, quia forma substantialis sic habet esse per esse suppositi quod tamen per esse quod ab hac forma
tale esse causatur et fluit. Accidentalis vero sic habet esse per tale esse, quod ab ea hoc esse
non causatur nec fluit. Forme ergo accidentales id esse tenent quodam modo partium quantitativarum
substantialis vero forma tenet quodam modo partium essentialium. Unus ipsa forma substantialis pars essen-
tialis dici debet. Dicamus ergo quod esse quod fluit a forma totius, et quia unius suppositi non
est nisi una forma totius. ideo unius suppositi non est nisi una forma totius
ideo unius suppositi unum est esse, per hoc autem unum esse est ipsius suppositi, et sunt
omnes partes eius tam quantitative quam essentiales, et omnes forme tam essentiales
quam accidentales, et omnia que sunt in ipso. differenter tamen quia singulum esse per se et
primo est ipsius suppositi, ceterorum autem que sunt in supposito sive sunt partes sive
forme in tantum competunt eorum per tale singulum habent ordinem ad suppositum
Sic ergo dictum est quod sive ponatur una forma substantialis sive plures semper est unum
esse uniuscuiusque rei. Nam cum semper sit una forma totius a qua fluit esse
et semper sit unum suppositum uniuscuiusque rei, cui per se competit tale esse, utroque
modo. videlicet ex parte forme et ex parte suppositi. sufficienter convincitur quod in una
quaque re tantum est unum esse. Tertia via ad investigandum hoc idem sumitur ex
ipso esse Nam nichil est aliud ad unum suppositum quam habere esse per esse suppositi
et adjungi ad esse eius Ut si pes separetur a corpore. haberet per se esse, et non
haberet esse per esse totius sive per esse suppositi. Rursus ut communiter ponitur si pes vel
aliqua alia pars separata a corpore reuniretur corpori. non haberet per se esse. sed haberet esse per
esse totius. et per idem esse quod prius erat totius conjunctum illi parti et esset
unum et idem esse totius partis. pars ergo separata et totum habent duo esse, sed pars co-
niuncta et suum totum non habent nisi unum. Et quod dictum est de parte respectu totius
intelligendum est de qualibet quod est in toto. Nam omnia que sunt in toto vel
in supposito a quo sunt unum per unum esse, et habent esse per esse totius et est unum
esse suppositi et omnium illorum. Si ergo que sunt in supposito essent separata quelibet
haberet esse, et tot essent ibi esse quot essent separata, et per consequens tot supposita
quia quodlibet illorum faceret per se suppositum. Coniuncta vero non habent per se esse nec totum
per se suppositum. sed sustentantur in uno supposito. et habent esse per unum esse supposit-
ionis itaque omnium eorum que sunt in supposito sumitur ex uno esse. ergo ex ipsa

forma totius que semper est una a qua causatur esse et eciam ex ipsa unitate suppositi in quo omnia alia habent esse. Et 3o ex ipso esse in quo omnia alia ~~sunt esse~~ reducuntur apparet quod unius rei est unum tantum esse. Ponere ergo in una re plura esse est dicere rem illam non esse unam quod est omnino inconveniens. ymaginabimur enim quod unum suppositum non habet nisi unum esse per unam formam que dicitur forma totius que forma sive sit simplex ut apparet in intelligenciis sive sit composita ex duabus naturis una materiali et altera formali ut in hiis corporalibus ex parte enim semper huius forme que dat esse est una. alie vero que sunt in supposito non dant supposito aliud esse sed adiunguntur ad idem esse et in tantum uniuntur ei in quantum habent esse per esse idem quod causatur a forma totius quod est esse suppositi. Erit ergo omnium talium unum esse. Propositio 18.

18. Omne quod esse contingit participat ipso esse. ipsum autem esse nullo alio participare potest. ponendo itaque in uno supposito plura esse unum participabit altero participans ergo non erit esse propter quod unius et eiusdem rei est tantummodo unum esse. Quod ipse xvi probavit conclusione hic videtur velle probare ducendo ad impossibile. Nam qui ponit plura esse negat plura esse quia ponit alterum illorum non esse esse modo est enim prohibitus ut apparet in 4o metaphysice quod idem est manifestissimum quod non potest negari esse nisi ponatur non esse, ut manifestissimum est hoc principium de quolibet affirmacio vel negacio, quia ut ibidem qui negat ipsum concedit ipsum, sic manifestissimum est in una re esse unum esse, quia qui hoc negat hoc concedit, negando enim unum esse ponit unum esse. Ad cuius evidenciam sciendum quod secundum Boecium in libro de Ebdomadibus id quod est participare aliquo potest sed ipsum esse nullo participat aliquo. hoc autem dictum est in 8a propositione huius tractatus diffusius declaravimus. Ubi ostensum est quod semper potencia participat actum, actus autem secundum quod huiusmodi nullo alio participare potest. Nam semper recipiens se habet ut participans, receptum ut participatum, et quia semper potencia subsistit actui et actus in potencia recipitur semper potencia se habet ut participans et actus ut participatum. Esse igitur esse intelligitur actualitas quedam et nullo habet esse racione potencie. Bene ergo dictum est quod Boecius ait quod alia possunt participare esse ipsum autem esse nullo alio participare potest. Hoc viso dicamus quod si in eadem re sint plura esse oportet illa plura esse sine aliqua unione, ex quo in una et eadem re esse ponuntur. Huius autem unionem salvare non possumus nisi unum esse potenciale respectu alterius. Ut si dicamus materiam uniri forme dicimus materiam esse in potencia ad formam. Et si ponimus subiectum uniri accidenti dicimus subiectum esse in potencia ad accidens. et qui ponunt plures formas substanciales in eodem subiecto vel supposito dicunt formam generis realiter differre a forma speciei dicunt unam esse potencialem respectu alterius ut dicunt formam generis esse potencialem respectu forme speciei formam vero speciei esse actum et complementum respectu generis. Quare si in una re ponentur plura esse oportet unum illorum esse potenciale respectu alterius et aliorum esse complementum respectu illius. Ymmo habet intelligi per esse rei quod est actus et complementum omnium que sunt in ipsa ultimum quia in uno non possunt esse plura nisi ab uno possint nasci plura nisi secundum quendam ordinem ita quod unum est potenciale respectu alterius et alterum est complementum respectu illius. non possumus ponere ab aliquo plura esse vel in aliquo esse plura esse nisi unum illorum sit potenciale respectu alterius. Illud ergo quod erit potenciale participabit alio quod erit complementum eius. et quia est totum ipsius esse quod participet aliquo vel quod sit quid potenciale respectu alterius. Illud ergo quod est potenciale et quod participat aliquo cadit a racione ipsius esse non debet dici esse. Propter quod ponendo in una et eadem re plura esse non ponimus plura esse sed unum tantum esse. Bene ergo dictum est quod in proposicione proponebatur videlicet quod esse quod est contingit et participat in ipso esse. Nam licet intelligamus per esse quod est actus et complementum omnium que contingunt ei, propter quod omnium que contingunt ipsi esse participat ipso.

Ipsum autem esse nullo alio participare potest, quia res cuiuslibet alterius habet rationem actus. Quare ut dicebatur ponendo in uno supposito plura esse ut declaratum est unum participabit alio. Illud ergo quod participabit non erit esse. Propter quod non potest esse in angelo plura esse. Erit ergo unius et eiusdem rei tantummodo unum esse. Propositio 18na

Omne esse quod fluit in compositis a forma totius vel quod in simplicibus causatur a quidditate non est compositio essentialium participatum nec receptum ad agens nec determinatio materiae vel subiecti. Sed est actualitas quaedam realiter differens et superaddita quidditati ex quo esse et essentia componitur quolibet citra primum. & 19

Hec propositio continet in se has partes. Nam in primis tribus partibus redarguuntur opiniones que non videntur probabiles. In quarta vero parte confirmatur vel continuatur opinio vera. Quidam enim credentes salvare quod potestates esse realiter ab essentia non differentes, et opinantes esse et essentiam non esse res duas, quantum ad primum spectat, ex hoc motivo moveri possent. Primo quod ipsum esse nichil aliud erat quam compositio essentialium principiorum. Dicebat enim supra quod esse consequitur formam totius, quae forma quae est totum. Nam esse non est per formam tantum nec per materiam tantum sed per utramque. Ex hoc ergo posset aliquis opinari, quod nichil est aliud rem naturalem esse quam formam coniungi materiae. Ita quod res naturalis non est materia tantum nec forma tantum sed coniunctum ex utroque. Ipsum ergo esse est coniunctio materiae et formae. Sive est compositio essentialium principiorum. Quare si queratur quid hec res naturalis nunc habet esse et prius carebat esse, respondebitur secundum opinionem hanc tactam, quia sua materia nunc est coniuncta huic formae, cui non coniungebatur prius. Ideo hec res naturalis nunc habet esse licet prius careret esse, non ergo esse est aliquid superadditum materiae et formae sed solum est quaedam coniunctio utriusque.

Secundo opinantes esse non esse rem ab essentia realiter differentem, dicere possent quod nichil est aliud ipsum esse quam quaedam relatio ad agens. Ita quod eadem res est essentia et esse, sed est essentia in se considerata vel est essentia ut est res quaedam. Et ut sic vocatur in potentia. Est autem esse ut est effectus agentis, ita quod esse tamen nichil aliud super essentiam quam quaedam relatio ad agens. Ergo secundum hunc loquendi modum si quaeratur quare res creata nunc habet esse et prius non habebat esse, dicetur quia nunc habet actualem relationem ad agens et est effectus agentis. Prius vero non erat huiusmodi effectus nec habebat tunc actualem relationem. Tertio non ponentes realem differentiam inter essentiam et esse possent hoc motivo moveri dicentes quod esse nichil est aliud quam quaedam determinatio materiae vel subiecti. Dicebatur enim supra, quod multis rationibus probabatur quod materia et sua extensio non sunt duae res, sed extensio materiae est quaedam modus essendi, et quaedam determinatio eius, qui modus essendi est quaedam determinatio in ipsa materia causata in esse fundata. Sic forte diceret aliquis, quod essentia et esse non sunt duae res, sed esse est quaedam determinatio essentiae. Propter quod essentia realiter esse se habet quasi materia vel subiectum.

Verum quia in propositione XIII et etiam in XII multis rationibus probabatur, et etiam hic ostendetur, quod esse et essentia sunt duae res. Ita quod esse nichil est aliud nisi quaedam actualitas realiter superaddita essentiae, ex quo esse et essentia realiter componitur omne creatum. Ideo propositio proposita quatuor habet partes. Ita quod in tribus primis partibus confutantur tres opiniones praedictae, videlicet quod esse non est compositio essentialium principiorum, nec relatio ad agens, nec determinatio materiae vel subiecti. In quarta vero parte veritas confirmatur, videlicet quod esse est actualitas quaedam realiter differens et superaddita quidditati. Quae omnia de esse creato, sed de esse causato sunt intelligenda, secundum ergo quod quatuor sunt proposita, sic per quatuor rationes probabimus. Ostendemus enim primo quod esse tamen non est compositio essentialium principiorum. Nam si esse esset secundum ponentes compositio ex materia et forma, sicut visum est secundum Avicebron in libro suo qui Fons

vite intitulavit, forte non esset facile unde quod esset esse aliquid realiter essentie
superadditum. Nam absque additione alicuius super essentiam secundum huiusmodi modum dicendi
salvare possumus quod res creantur, et quod res create possunt esse et non esse. Ista
sicut in ipsis corporalibus salvare quod huiusmodi res generantur et possunt esse et non
esse, quia dicimus quod hec res generatur quia hec materia generatur sub huiusmodi forma, cor-
rumpitur ergo et desinit esse quia hec materia desinit esse sub hac forma. Sic dicimus
res creari quia producitur materia cum sua forma, et dicimus res creatas desinere posse
esse, quia potest materia desinere esse sub forma. Ergo omnia non generantur et creantur etc.
quia generata fiunt ex materia precedente, creata vero ex materia concreata, et quia non omnia
possunt fieri ex materia precedente non omnia possent generari vel omnia possent creari
et sunt creata, quia tota ea que nos inquirimus quod esse sit res differens ab essentia
ex hoc sunt ut possimus salvare res creatas esse compositas et causari posse
et posse esse et non esse, quia non creatur ipsa que est potentia tamen nec quod est actu
tantum, sed quod est compositum ex utrisque. Sed etiam non possumus dicere ad posse esse et non esse
nisi quod est hoc non compositum, et quia omnia ista salvare possumus si dicimus omnia
esse composita ex materia et forma. Ideo hoc posito difficilius esset unde comprobare
quod esse est res realiter ab essentia differens et superaddita illi. Quinto quia ratio nos
cogit ut ab accidentibus et substantiis separatis huiusmodi compositionem negemus, quia cum alia
celestia forma sit quod non potest esse composita ex materia et forma, et si alia non
est sic composita, angelus qui est ea simplicior multo magis non erit sic compositus.
Et quia omnia creata sunt in potentia ad esse et non sunt ipsum esse quia possunt esse et non
esse, cum omnia creata sint composita ex materia et forma, ut huiusmodi essentia composita
ex duabus essentiis possibilibus, non est tenendum ponere quod esse sit compositio materie et forme
vel quod sit compositio essentie possibilis. Dicimus ergo quod essentia angeli non est tante
actualitatis quod possit actu existere nisi a primo agente detur ei actualitas
aliqua essentiam ipsam complens et perficiens, que actualitas communi nomine dicitur esse.
Nam si essentia angeli tante actualitatis esset quod posset actu existere absque eo
quod adderetur ei alia actualitas ut aliud esse, nullo modo essentia talis posset creari
nec posset non esse. Et intelligentie sunt nature simplicis quia sunt forme ipse
existentes, sicut et celestia sunt nature composite quia sunt forme in materia recepte.
quare si nulla intelligentia que est simplex que non est tante actualitatis quod possit
actu existere nisi ei addatur actualitas aliqua que dicitur esse, multo magis
natura corporalis que est natura magis grossa et magis in potentia non potest actu existere
nisi ei addatur aliquod esse. Intelligimus ergo quod in ipsis corporalibus quod materia huiusmodi
forme et faciunt quandam essentiam compositam, que essentia non potest actu existere nisi ei
superaddatur actualitas aliqua que dicitur esse. Patet ergo quod esse non est compositio materie et forme
nec prima ratio, sed est aliqua actualitas differens realiter ab essentia et superaddita
quiditati. ¶ Viso quod esse non est compositio essentie ... Restat videre quod non
sit respectus ad agentem. Non enim dicere possumus quod ideo hec res de novo incipit
esse quia de novo fit actualis respectus ad agentem, quia in relationibus non est motus
nec mutatio. Accipiendo enim mutationem large pro omni nova inductione sive pro omni
nova dispositione esse non potest quod aliquid sit aliter dispositum nunc et prius preter solam
relationem. Semper enim relatio fundatur in alio, nec acquiritur novus respectus
nisi ex acquisitione alicuius. Motus ergo vel mutatio est in aliis generibus, et res
aliorum generum acquiruntur per motum, quibus acquisitis acquiritur relatio vel ad aliquid. Ergo non
est motus nec mutatio nisi per accidens, ut sufficienter probat tertio Physicorum. Preterea si aliquid habet
aliquem respectum ad agentem et prius non habebat, non est ei superadditus respectus
tantum, quia nova dispositio solum respectum importare non potest. Dicimus itaque quod omnium
creatorum est aliquid non dat esse eo quod omnis ea ipse sunt quod huiusmodi facit ad esse.

rei et dicemus quod omnis effectus in tantum effectus est inquantum ab alio accipit esse. Rursus
dicemus quod nullus effectus incipit esse nisi habeat actualem respectum et actualem
dependentiam ad aliquam causam agentem non tamen potest habere esse est actualis respectus ad
agentem sed est actualitas quedam superaddita quiditati in qua quedam actualitas
respectus fundatur. ¶ Visto quod esse non est compositum essentiale principium, nec est respectus ad agentem
restat ostendere quod non sit determinatio materie vel subiecti, vel quod non sit determinatio
essentie, sed est actualitas quedam realiter differens et superaddita quiditati. ¶ Ad cuius
evidentiam sciendum quod determinatio essentie vel determinatio materie vel subiecti dupliciter potest
accipi. Uno modo ut est realiter differens et ponit in numerum cum eo quod determinat. Alio modo
ut non ponit in numerum cum ipso, sicut extensio materie. Hiis duobus modis accipi
potest. Dicimus enim quod materia extenditur per quantitatem, ita quod alie sint partes materie
et alie quantitatis, ipsa ergo quantitas que a materia realiter differt extensio materie dici
potest, eo quod materia quantitati coniuncta per ipsam extenditur. Rursus ipse modus essendi sine
ipsum esse extensum quod consequitur materiam ex eo quod quantitati coniungitur potest extensio materie
nuncupari. Sic quod accipiendo extensionem materie materia et sua extensio non sunt
due res realiter differentes, et quia materia de se est determinata ut perficiatur per formam
ut extendatur per quantitatem, et ut afficiatur per accidentia cetera, determinatur autem non
sic perficitur extenditur et afficitur. Ipsa autem extensio materie, quedam eius determinatio
dici potest. Que sic extensio dupliciter sumi potest. Uno modo ut realiter a materia differt. Alio modo
ut realiter inclusa est ab ipsa. Sic et determinatio materie dupliciter sumi potest. Cum ergo
dicimus quod esse non est determinatio essentie vel materie vel subiecti non intelligimus de
determinatione realiter differente, quia hoc modo natura essentia determinatur per esse. Sic per esse
realiter differens. ¶ Sed quia posset aliquis dicere, quod sicut materia et sua extensio
que est determinatio dici potest non sunt due res sed hiiusmodi extensio est solum quedam
modus se habendi quem habet materia ex eo quod est quantitati coniuncta, sic essentia et esse non
sunt due res realiter differentes, sed esse est quedam determinatio essentie et quedam
modus se habendi quem habet essentia ex eo quod est ab aliquo agente producta. Hoc
enim stare non potest. Nam nisi materie coniungeretur quantitas que realiter differt ab ipsa
non competeret ei talis extensio, nec ille modus essendi, quia realiter non differt ab ipsa.
Non possumus ergo dicere quod ipsi essentie vel cuicumque rei ratione competat determinatio
per esse nisi sit in ipsa re aliquid esse ab ea realiter differens et distinctum. Sicut enim
materie competit extensio per quantitatem nisi sit in ea quantitas que sit ab ea re-
aliter differens. ¶ Dicemus ergo quod sicut materia formaliter extenditur per quantitatem
sic essentia formaliter existit per esse sicut materia et quantitas sunt due res, sic es-
sentia et esse sunt due res realiter differentes, non est ergo esse, nec compositum essentiale
principium, nec respectus ad agentem, nec determinatio essentie que non sit realiter differens, nec
ponat in numerum cum ipsa. Sed ut potest patere per dicta esse est actualitas quedam realiter
differens et superaddita quiditati ex quo esse et essentia componitur quedam tertium.
Dicebat enim supra quod nulla essentia creata est tantae actualitatis quod possit per se
actu subsistere nisi ei superaddatur actualitas aliqua differens a natura. Huiusmodi
autem actualitas communiter nominari solet esse. Ex tali ergo esse et essentia componitur
omne esse creatum, que omnia sunt ex superioribus patefacta et in sequentibus patefiet.

Omne ens creatum et citra primum nisi esset compositum ex
essencia et esse et nisi haberet esse realiter differens et superad
ditum quiditati necessario esset eternum purum et infinitum. Que
de creatura asserere est concedere contradictoria simul esse. ·v̄· 20.

Continebat propositio 18 ut dicebat Raymundus per eas. Videlicet quod esse non erat compositum
essentiale principium, nec respectus ad agentem, nec determinatio realiter indifferens ab essentia
sed est quedam actualitas realiter differens et superaddita quiditati. Nam quia

de tribus primis propositionibus apponis probatur firmius differentiam consequi de qua autem parte ubi
quod esse est actualitas quedam essentie ab ipsa realiter differens sicut agebatur. Ideo licet
hoc fit per antedicta manifestum. volumus tamen in hac propositione xix declarare quod oportet
esse creaturae sive in se esse realiter ab essentia differens. quia si hoc non esset, tunc id
creatum esset eternum purum et infinitum, quod de creatura asserere est concedere opposita in
adiecto. ¶ Ad cuius evidentiam sciendum, quod esse creatum potest comparari ad agens, et a quo
est productum et ad accidentia a quibus administretur, et ad essentiam in qua recipitur.
Prout enim comparatur ad agens a quo est productum non est eternum sed est novum, saltem
prout sicut est quod incipit. Comparatur ad accidentia quibus administretur non est
infinitum sed est limitatum et determinatum ad certum genus. Hec ergo tria, non esse eternum
sed posse incipere esse non est purum nec infinitum sunt tamen aliqua que inseparabiliter
comitantur esse creatum. Nam et si creatura ab eterno fuisset producta non esset per
eternitatem, ut mensuraret eternitatem sed ut participata. Sed ut magis appareat
ab esse, quia si hoc non esset haberent esse eternum purum et infinitum. Si enim intelligentie
nō generata si non haberet esse receptum in essentia et in eis non differret realiter essentia
ab esse, non solum essent eterne sed non possent creari, sed etiam ipse essent creatrices
et alia possent producere per creationem. Nam dicimus quod modus agendi sequitur modum
essendi. Ut quia omne creatum habet esse receptum in alio. Ideo omnis creatura habet
agere per actionem receptam in alio, sicut ergo esse ipse creatum indiget essentia que
quasi potentia in qua recipiatur, ita omnis actio a creatura procedens indiget
aliqua potentia passiva in qua suscipi possit. Et quia creare est agere nullo presupposito,
nulla creatura potest aliquid per creationem producere, sed si non haberetur ratio
sequentis, sed diceremus in ipsis intelligentiis essentiam non realiter differre ab esse
nec in eis esset esse receptum in natura, cum ipse intelligentie sint forme non re-
cepte in materia cogeremur ponere quod in natura sine essentia intelligentie esset quidam
actus, qui esset quedam forma non recepta in alio, quia non esset recepta in
materia, et actus ille sine forma. ita non esset participans aliud, quia non participaret
esse ita non esset realiter differens ab esse. Secundum ergo hanc ypotesim in nullo modo
possemus salvare quod in intelligentiis esset actus receptus in potentia, quia nec ex
parte forme, nec ex parte esse cogemur hoc ponere. Ex parte forme non, quia non sunt
forme in materia recepte, nec etiam ex parte esse, quia si ponimus non differre esse
ab essentia, non semper actus receptus differt ab essentia in qua recipitur
sed sunt ipse forme. ita non erunt composita ex materia et forma
utique intelligentie non erunt actus in potentia recepti sed erunt ipsum esse. Ipse
genus alio in quo recipiantur. Et quia quodlibet agens agit non ut est in actu
sicut actus ipse per quem sunt non indigent alio in quo recipiatur, sic actio
per quam agunt non indiget alio per quam in quo recipiatur. Possent ergo agere
nullo presupposito, et quia hoc est creare, ipse intelligentie essent creatrices, et
per quas essent eterne, nec possent incipere esse sed ab eterno haberent esse et men-
surarent eternitatem ut participata sed natura. quia sic non essent esse participatum
sed essent ipsum esse ita mensurarent eternitatem non participata sed natura. ¶ Dicas ergo
quod creata et creata sunt quia quod creatur proprie loquendo non potest creare, et
nihil quod creat potest creari, sicut ergo creatum in sua actione indiget potentia
in qua recipiatur, ita habet esse in potentia receptum, et si esset aliquid quod posset
creare et in sua actione nihil presupponeret, suum esse non indiget aliquo in

quo recipitur. Propter quod non esset in potentia ad esse, nec posset creari. Sic et si sunt aliqui catholice supponunt potentiam passivam in qua recipiatur, sic esse eius est in potentia receptivum. Dicemus enim creaturam compositam quod creatura est propter necesse esse non esse ipsum esse, nec esse ipsum actum, sed esse compositum ex potentia et actu. Et hoc forte voluit intelligere Avicebron, licet adhuc non directe pervenit, cum dixit quod in omni creatura erat compositio ex materia et forma, quia videbat omnem creaturam necessario esse compositam ex potentia et actu. Hanc autem compositionem in intelligentiis, cum immateriales sint, salvare non possumus nisi ponamus per compositionem ex essentia et esse. Nec tamen propter hoc hanc compositionem a rebus materialibus negare debemus. Nam si natura intelligentiae non est tantae actualitatis quod possit per se existere nisi coniuncta ipsi esse, multo magis naturam corporalem oportet deficere ab esse, et haec corporalia necessario sunt composita ex essentia et esse. Redeamus ergo ad propositum et dicamus quod omne causatum citra primum si non esset compositum ex essentia et esse non posset creari, nec posset interire esse, sed necessario esset ex eo quod est contra ea quae sunt de ratione cuiuslibet creaturae. Ex hoc quod omne quod est citra primum nisi esset compositum ex essentia et esse haberet esse aeternum. Restat videre quomodo hoc posito haberet etiam esse purum. Dicebatur enim quod creatura non habet esse aeternum nec esse purum, sed habet esse novum et permixtum. Novum quidem esse habet ut comparatur ad agens, per quod incepit esse; permixtum vero ut comparatur ad actum per quem dicitur habere permixtum esse, non quod accidentaliter sit permixtio, ut de mixtione loquitur Philosophus in fine primi De generatione, sed eo ipso quod creatura esse non potest nisi sit in ea aliquid patiens, et nisi aliquibus accidentibus sit coniuncta, dicitur non habere esse purum, sed semper accidentibus aliquibus est coniuncta. Propter quod sciendum quod tota causa quare in omni natura est aliquid patiens ex hoc enim sumitur, quia nullum esse creatum habet in se omne esse, nec omnem rationem perfectionis. Nam si in uno esse creato contineretur omnis perfectio, et per consequens ipsum esse competeret tibi quod esses infinitae potentiae, sapientiae et bonitatis, et sic nihil in re esset patiens, et non oporteret in re aliquas perfectiones accidentales esse, sed omnia simul tibi competerent per unum esse. Si ergo intelligentiae, ut dicebatur, sicut non sunt compositae ex materia et forma, sed sunt ipsae formae, sic et si non essent compositae ex essentia et esse, essent ipsum esse. Non ergo esset esse in alio receptum, sed esset esse ~~in alio~~ [illegible] per se existens. Ergo illud esse haberet omnem rationem essendi, sicut si esset calor separatus haberet omnem rationem caloris. Et quia ex esse sunt omnes perfectiones quaecumque, competeret tali esse ex ipso esse; competeret ei omnis perfectio. Non ergo indigerent aliquibus perfectionibus accidentalibus, sed eorum esse esset purum, nullis accidentibus permixtum. Quod ergo dicebatur de primo ente, de quo Augustinus ait VIII De Trinitate quod in eo nihil est patiens, dici posset de ipsa creatura, si non haberet esse receptum ab essentia differens et superadditum quidditati. Et ideo si in creatura non esset compositio ex essentia et esse, esse creatum non solum esset aeternum et purum, sed esset et infinitum. Dicebatur enim supra quod esse creatum est ~~infinitum~~ et limitatum et determinatum ad certum genus ex ipsa essentia in qua recipitur. Nam si creatura aliqua non esset composita ex essentia et esse, non haberet esse receptum in alio. Aliud esse non esset limitatum nec certis limitibus circumscriptum, nec determinatum ad aliquod genus entis, sed haberet in se omnem rationem essendi. Et quia hoc non potest competere alicui creaturae, concludamus in fine huius propositionis et dicamus quod non sufficit in creatura esse et essentiam differre secundum rationem vel secundum modum intelligendi, ut hoc modo differunt in ipso Deo. Nam ut Commentator ait super XII Metaphysicae, vivere et vita in Deo non sunt synonima. Nam si haec in Deo significant idem, non tamen significant eodem modo, nec secundum eandem rationem. Et si vivere et vita differunt in Deo secundum rationem, differunt in creatura non solum secundum rationem, sed etiam secundum rem esse et essentia differunt. Qui hoc negaret, [illegible] esse creatum posset esse primo de necessitate esset vere aeternum, purum et infinitum, quod omnibus [illegible] recta ratio contradicit.

Sequitur propositio vicesimaprima

21 Omnis essencia participans esse per se determinatur ad genus
Omne autem esse de se est extra terminos et non clauditur ge
nere. Si autem determinatur ad genus hoc est per essenciam in qua re
cipitur. Sicut ergo esse per essenciam determinatur ad genus, sic essencia
ut est idem cum esse potest excellere omne genus. Propositio autem
proposita satis in se plana videtur. Nam primo ut dicit quod esse est in genere per se
secundo vero quod est in genere per reductionem. Sed 3o ibi concludit quod sicut esse per essenciam
determinatur ad genus, sic essencia ut est idem cum esse potest excellere omne genus. Propos
sicionis autem triplici via veniamus quod essencia per se sit in genere et determinetur ad genus
Prima sumitur ex potestate quam habet aut mixtam. Secunda vero ut per diffinitionem ex
primitur. 3a quidem ex racione abstractionis. Prima via sic patet. Nam cum loq
uimur de essencia, et dicimus quod essencia per se determinatur ad genus intelligimus
de essencia participante esse. Unde et propterea propositio sic incipit. Omnis es
sencia participans esse per se determinatur ad genus. Essencia autem participans esse
non dicit potenciam puram nec actum purum, sed dicit formam mediam inter
potenciam et actum. Nam si essencia aliqua participat esse oportet quod illa essencia
aliquem actum dicat, quia pura potencia non sit perfecta per actum quod illum esse participare
potest. Omne enim participans esse, vel est aliquis actus, vel est determinatum per
aliquem actum, primo esse quia materia recipit actum formam et forma de se
est quidam actus, oportet quod omne participans esse sit aliquis actus. In compositis
In simplicibus vero non forma totius ut non materialis sed formula sunt [illegible]
pre. Semper ergo habet racionem forme id a quo fluit esse. Nam et ipsa materia ut
facit ad esse trahitur ad condiciones forme et simul cum ipsa forma facit
unam formam compositam, que dicitur forma totius a qua fluit esse. Ipsa tamen acci
ut [illegible] fluit perfectiones suppositi forme dici possunt. Ubi itaque dictum est quod
omnis essencia participat esse non est pura potencia, nec eciam est purus actus, quia
purus actus nullo alio participare potest. Erit ergo huiusmodi essencia forma media
inter potenciam et actum, et quia hoc est de racione generis quod sit huiusmodi forma media
Ideo essencia que talem formam mediam nominat per se est in genere et determinatur
ad genus. Quod autem genus sic dicat formam mediam patet per commentatorem 20
methaphisice, qui dans differenciam inter genus et materiam ait quod materia dicit potenciam
puram, genus dicit formam mediam inter potenciam et actum. Ex ipsa autem potencia
aut mixta quam de se dicit essencia participans esse habet huiusmodi essencia quod sit
in genere. Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius diffinicionis per quam
ipsa essencia rei exprimitur. Nam si attendamus verba philosophi in 4o methaphisice
no intelligimus quod diffinicio sit sermo expressivus quiditatis et essencie. Cum ergo
diffinire idem sit quod fines et limites rei accipere quod ipsum nomen sonat
quia idem est diffinire quod quasi finire et limitare, et res ex hoc finitur
et limitatur, quia in determinato et certo genere clauditur. Oportet illud quod per dif
finicionem indicatur per se determinetur ad genus. Primo quia diffinicio constat
ex genere et differencia, et genus et differencia sunt quasi quidam fines et quidam limi
tes inter quos clauditur res diffinita, oportet quod illud quod per diffinicionem indicatur
per se sit in genere, cum ipsius diffinicionis per se sit ipsum genus. Et quia ut
dictum est essencia est id quod per diffinicionem exprimitur, oportet rem esse in genere
per essenciam suam, ipsa ergo essencia est illud quod per se determinatur ad genus
Tercia via sumitur ex parte abstractionis. Nam si esset essencia aliqua separata
non propter hoc careret simpliciter genere sed adhuc determinaretur ad genus. Et

si esset albedo separata adhuc determinaretur ad genus coloris. Immo et ipse in-
telligentie que dicuntur forme per se existentes sunt in determinato genere. Et si ali-
quis inveniatur quod intelligentie sint forme carentes genere non est intel-
lectus ubi quod non determinentur ad genus. Sed hoc pro tanto dici potest
quia genus in quo sunt intelligentie et substantie separate non sunt eodem modo
ut in ipsis materialibus. Quia si faceremus commune genus intelligentiarum
et speras dictas corpus non possemus absque nugatione addere differentiam
Nam cum natura intelligentiarum sit simplex et non sit composita ex pluribus scilicet
partibus. Licet in hiis corporalibus sumatur genus a tota natura, differentia vero non a
tota natura sed a parte formali. Ut hec differentia animal non a tota natura
aliqua sed a parte formali ut ab anima sumitur. Attamen in intelligentiis tam
genus quam differentia a tota natura eorum sumitur. Quare sicut addendo speciem generi est
ibi nugatio, eo quod tam genus quam species sumitur a tota natura, ita etiam
addendo generi differentiam faceremus nugationem, eo quod quodlibet eorum sumitur a tota
natura. Fuerunt tamen aliqui huius opinionis quod si species preintelligatur et sequitur
genus. Ut dicamus homo animal est ibi nugatio. Sed si preintelligatur genus
et sequatur species ut si dicatur homo animal, nulla nugatio committitur.
Ita forte de genere et differentia dicemus, quia licet quodlibet eorum sumatur a tota
natura, tamen si preintelligatur genus et sequatur differentia nulla nugatio est ibi. Sed
sic dicentes ignorant veritatem traditam in VII metaphysice. Ubi dicit quod si simus
esset species nasi ad dicendum nasus simus esset ibi nugatio. Quare si ponendo nasum
genus et simum speciem, et dicendo nasum simum nugationem committimus nec
tollitur nugatio si genus precedat et sequatur species. Nec si vellemus diffinire
intelligentias vitaremus nugationem si precedit genus et sequitur differentia. De-
terminantur itaque ille intelligentie ad determinatum genus, sed non sic prout sunt
ibi ratio differentie ut hic et propter hoc ut ratio generis sumitur ibi ut hic, et
propter hanc diversitatem quam assignamus hic et ibi invenitur aliquis quod ille sunt
forte carentes genere, non quod simpliciter genere careant, sed quia non sunt in genere
ut hec corporalia. Revertamur ergo ad propositum et dicamus quod si esse esset ab-
stractum et esset separatum et haberet per se esse non esset in genere, quia diceret actum
purum et non haberet potentiam vel possibilitatem admixtam, cum de ratione generis sit esse
quid medium inter potentiam et actum, et habere potentiam vel possibilitatem admixtam.
Sed si forma aque vel essentia esset separata adhuc esset in genere ut apparet
de formis et essentiis substantiarum separatarum. Ex ipsa ergo abstractione percipere possumus
quod essentiam participans esse per se est in genere et determinatur ad genus, id est essentia
est tale quod si ponatur abstractum et separatum adhuc remanet tale, et quia
essentia participans esse si ponatur abstracta et separata adhuc determinatur ad genus
ideo per se competit tali essentie quod determinetur ad genus. Viso quomodo essentia per se
determinatur ad genus. Restat videre quomodo esse non sit in genere nisi per reductionem.
Possumus autem breviter et summatim triplici via qua venari possumus essentiam
per se esse in genere venari quod esse sit in genere per reductionem, ut per essentiam in genere
recipitur. Nam si essentia participans esse dicitur per se esse in genere, quia habet
potentiam vel possibilitatem admixtam, et quia per diffinitionem exprimit eius dif-
ferentias, per hoc ponitur esse genus. Et tertio si huiusmodi essentia determinatur ad genus
quia si intelligatur abstracta non effugit quin sit in genere, cum omnia hec tali
modo apposito ipsi esse conveniant, contrarium ponere quod ipsum esse per se et directe
in genere non existat. Nam esse non dicit quid medium inter potentiam et actum
sed dicit ipsum actum. Intelligimus enim quod forma sit actus materie, et esse sit

actus forme, propius autem esse non est a quibus alius actus sed ipse omnium aliorum. Si ergo quicquid est in genere dicit medium inter potentiam et actum, esse eo quod solum actum nominet directe in genere esse non potest. Tercio ut Avicenna ait esse non ingreditur diffinitionem rei. Nam si diffiniuntur res ut intelliguntur ab intellectu, eo quod diffinitio sit id quod significat intellectus in intellectu simplicium, Commentator 3° de anima ait ut assignat differentiam inter diffinitionem logicam et methaphysicam, quod diffinitio est organum intellectus ad intelligendum. Cum ergo absque intellectu non sit esse sed quidditas cum possumus intelligere res absque eo quod habeant esse, ideo esse non est de intellectu rerum, nec pertinet ad diffinitionem earum, ut est id per quod determinatur ad genus, nec est per se et directe in genere. Quarto hoc idem patet si consideretur esse separatum et absolutum. Nam sicut si esset albedo separata haberet omnem rationem albedinis, sic si esse esset separatum, contineret in se omne esse, contineret autem in se omne esse, et excederet omne genus, quia genus est quod in se continet omne esse, et quod claudat in se omnes perfectiones, eo tale esse sic separatum nullo modo esset in genere nec directe nec per reductionem, sed haberet omnem rationem albedinis vel cuiuslibet alterius forme determinate non solum non excederet genus sed nec speciem. Unde si albedo esset separata adhuc esset sub determinato genere et sub determinata specie. Essencia itaque si intelligatur abstracta, non effugit quin sit in genere. Sed esse si intelligatur absolutum superat omne genus. Ubi itaque dictum est quod res non sunt in genere per esse sed per essentiam et essentia est que determinatur ad genus. Esse vero si determinatur ad genus, hoc est per essentiam in qua recipitur et per eam sumitur et limitatur. Concludit duabus probationibus propositionis quia ostensum est quod esse per se determinetur ad genus, esse vero est in determinato genere per determinatam essentiam in qua recipitur, restat declarare quod ultima propositio vel prefata propositio proponebat. Videlicet quod si essentia esset idem cum esse, excederet omne genus, quod de levi patet. Ita sicut esse receptum in essentia trahitur ad condiciones essentie, et determinatur ad genus sic essentia que est idem cum esse ut apparet in primo ente ubi est idem essentia et esse, illa essentia sequitur conditiones ipsius esse et superat omne genus.

& 22 Omne esse participatum per essentiam in qua recipitur ad genus determinatur substantie de ipso tamen huius esse directe nec substantia que est genus nec substantia que est analogum predicatur.

Ostendebat in propositione xx quod esse determinatur ad genus per essentiam in qua recipitur sed non declarabat ibidem ad quod genus determinetur et in quo genere sit esse. Ideo hec propositio xxij declarat quod determinatur ad genus substantie, ita tamen quod de huius esse directe nec substantia que est genus nec substantia que est analogum predicatur. Nam loquendo de esse participato de quo hic loquimur non videtur quod huius sit substantia. Ut ergo declarentur ea que in propositione proposita proponit, duo sunt declaranda. Primo enim declarabit quod esse determinatur ad genus substantie. Secundo declarabit quod huius esse de substantia directe predicari non potest. Ad huius evidentiam sciendum quod omnia alia ab esse de se determinantur ad genus, ipsum autem esse de se ad genus aliquod determinari non potest. Nam si ipsa linea, vel si ipsa substantialis forma per se existat, non per hoc effugeret quin esset in genere, competeret enim eis sic existentibus esse in genere substantie. Sic linea et albedo ut dicebat et quodcumque aliud accidens si per se haberet esse, esset in aliquo determinato genere, ipsum tamen esse si per se existeret, in nullo genere clauderetur

Sed excedet omne genus, cuius causa si queratur dicemus quod omnia alia ab esse
si ponerentur per se existentia non essent actus puri sed haberent aliquam potentialitatem ad
infinita. Ideo non essent infinita simpliciter, licet essent infinita talia ut si
esset albedo separata esset infinita albedo sed non esset infinita simpliciter. Haberet
enim albedo separata quicquid posset esse de ratione albi, et haberet omnes perfectiones
que possent competere albedini non tamen haberet quicquid posset esse de ratione
albi entis, nec haberet omnes perfectiones que possent enti competere, albedo itaque
sic separata esset aliquo modo sic determinata et finita, quia non excedit
speciem albedinis, nec haberet perfectiones omnium generum, sed solum haberet perfectiones que
possent competere albedini. quare si albedo vel si aliqua alia forma accidentalis sive
si forma ipsa substantialis per se existeret esset deviata ad et non haberet infini-
tas perfectiones; ideo determinarentur ad speciale genus, sed si ipsum esse esset per se se-
paratum haberet quicquid posset esse de ratione entis, et ei competerent perfectiones
omnium generum, non ergo in aliquo determinato genere clauderetur, sed excedet omne genus.
ergo quia esse non determinatur ad genus. Sed si competit ei quod sit in determinato
genere hoc est ratione essentie in qua recipitur ut prehabitis declarabatur.
Si ergo videre volumus in quo genere sit ipsum esse, videndum est in quo genere sit
essentia, cui per se et primo competit esse, et in qua per se et primo recipitur
esse. Constat autem quod huiusmodi essentia est in predicamento substantie. Nam substantia est illud
cui per se et primo competit esse. Nam sicut omnia sunt sana quia attribuuntur
uni sano, sic omnia sunt entia, quia attribuuntur uni enti scilicet substantie. Aliqua
ergo sunt entia quia sunt per se entia, ut substantie. Aliqua vero quia sunt
passiones entis, ut qualitates vel quia sunt mensure entis ut quantitates
et sic de predicamentis aliis. Non enim oportet hic distinctionem predicamentorum subtiliter indagare.
Sufficiat autem ad propositum scire, quod substantie per se et primo competit esse, et quia
accidentia non sunt entia nisi quia sunt entis. Ut patet ex septimo Metaphysice, si
ergo esse determinatur ad genus per essentiam, oportet quod determinetur per illam essentiam cui
per se et primo competit esse. Huiusmodi autem est substantia, determinatur ergo ad genus substantie.
Propter quod declarata est prima pars secunde propositionis. Restat ergo declarare secundam propositionis
partem videlicet quid de huiusmodi esse, ut substantia que est genus, ut substantia que est
analogum predicatur. Dicemus enim quod nullum genus predicatur nisi de hiis que sunt
directe in genere, substantia enim que est genus non predicatur ut de materia ut de forma
que sunt partes substantie composite sed predicatur de ipsa substantia composita. Unde autem substantias
compositas que est genus non predicatur de forma que est pars substantie composite. Ita de
formis separatis sustinendum est quod predicatur substantia que est genus, vel quod est pre-
dicamentum, duas autem sustinendum posse, et non per omnem modum sunt in
genere ipse substantie et intelligentie vel substantie separate sunt substantie composite, de
forma tamen que est pars substantie composite, quia huiusmodi forma nullo modo est directe et
per se in genere, substantia que est genus predicari non potest. Si ergo invenitur a philosopho
secundo de anima et in aliis locis, quod substantia dicitur de materia forma et composito, non est
intelligendum de substantia que est genus, sed de substantia que est analogum, de ipso
tamen esse non proprie dicitur substantia que est genus, quia ut ostensum est huiusmodi esse non
est per se et directe in genere, nec de huiusmodi esse proprie dicitur substantia que est analogum
quia esse de se nulli substat. Nam quicquid substat alicui habet quandam
rationem potentialitatis respectu eius cui substat, ipsum est quod quia omnia sunt in primis
subiectis. prima substantia subest omnibus aliis tanquam suis perfectionibus. Nam
loquendo de hiis que sunt per se in genere omnia alia comparantur ad primas substantias
tanquam forme ad id cuius sunt forme. Ideo prima substantia dicitur proprie principalis

et maxime suba. Ut Augus vij^o de trinitate ca^o v^o vult quod res mutabiles
no simplices pe dicunt sube. ds aut pe dr essentia. Si go iuxta pe
tatem vocabuli suba dr a substae qd sine potentialitate ee no pt id qd de
se dicit ipm actu no eet huius suba. esse go tamen quod debiat
ad genus hoc defimet ad genus sube. tm de huius ee no pe pduca
sum sit no dicit aliquid no substat ut aliquid recipiens uel participans alio
sz magis dicit ipm actum receptum et participatum in alio. ad hoc dicit
vadit pho Johes quod alia pnt participare ee ipm ee nullo mo alio p
ticipare pt. pse eni loquendo ee no participat alio. nec substat aliis. Sed
alia participant ipo et substant. no go si suba dr a substae pe et pse
loquendo ipi ee competet ratio sube. Sz si dicatur suba pse existe. adt
ipm ee tamen quod definiat ad genus no dicetur suba. quia no pt
pse existe. suba itaqz sine accipiat ut genus sine ut analogum no pdi
catur de ipo ee. Dicemus go quod ee est in pdicamento sube. non quia sit
suba. sed quia ee actus sube. dabimus aut simile de puncto. Nam punctus
e in pdicamento quantitatis tm de ipo puncto no pdicatur quantitas. Nam de ratione
quantitatis e quod sit quid divisibile. punctus aut no e quid divisibile. Ideo no
e quantitas. Dato go quod quantitas posset accipi ut genus et ut analogum
tm quia quantitas semper dicit quid divisibile. consequens eet quod quantitas ut acce
pta ut genus nec ut analogum pdicet de puncto. Punctus go e in pdicamento quantitatis
no quia sit quantitas. sed quia e finis quantitatis. declaratur go punctus ad genus
illius rei cuius e pmo et pse finis. et quia pse et pmo e finis quantitatis
ideo definiatur ad genus quantitatis. Sic dicemus et de ee. quod quia sube
pmo et pse competit ee. ideo esse definiatur ad genus sube. no quod sit suba
pse loquendo. sz quia e actus sube. Sz dices quod in libro de ortu sciarum qui
ascribitur Alfarabio. scias nihil ee nisi subam et actus et ratione sube
et actus bis dictio in secula. Si go ee tamen e aliquid si no e actus
quia no ponit ee in pdicamento actus. oz quod sit suba. Dicemus go quod si no
eent nisi duo pdicamenta quantitas et suba. forte pferemus hanc ppom. sci
as nihil ee nisi subam et quantitatem et rationem sube et quantitatis bis dictio
in secula. Arguebamus go de puncto quod cum no sit suba. oz quod sit quantitas.
Sed huic obiectioni faciliter eet responsio. Nam si no eent nisi duo pdicamenta
suba et quantitas hoc mo verificaretur nihil ee nisi subam et quantitatem
et rationem utriusqz. no quod de omnibus pdicetur suba ul quantitas. sed quia nil
eet qd no eet in pdicamento sube ul quantitatis. Sic nihil eet qd no sit suba
et actus. et nihil e extra deum qd no ptineat ul ad pdicamentum sube. uel
ad alia novem pdicamenta actuum. Sz si vellemus dicere subam quicquid est
in pdicamento sube. et ee quantitatem quicquid e in pdicamento quantitatis. hoc modo
ee eet suba. et punctus quantitas. pse tm loquendo esse subam tamen sit
definiatur ad genus sube quod de huius ee dicere ut suba que e genus
ut que e analogum pdicatur. Et hec de esse et essentia dicta sufficiant.
laus sit ipi deo in quo e omne ee. qui est trinus et unus benedictus in secula
seculorum Amen.

Anno xpi. 1429.

Expliciunt theoremata de esse et essencia
edita a fratre Egidio Romano ordinis fratrum
sancti Augustini. Deo gras Amen.

Incipit Tractatus de Verbo sancti thome de Aquino.

Quoniam circa naturam verbi sine quo ymago trinitatis non invenitur in homine expressa maior
difficultas et perplexitas nimia animum involuit, Ideo summatim eius naturam trade-
re intendimus insuper et difficultates ipsum tangentes simul manifestare. Sciendum est ergo
quod verbum cum re dicta per verbum convenientiam habet maiorem a natura sua quam cum dicente. Licet
in dicente sit ut in subiecto. Unumquodque enim naturam ab illo sortitur a quo speciem accipit
cum species sit tota natura rei. Verbum autem speciem habet a re dicta et non a dicente, nisi
forte quando dicit se, sicut verbum lapidis differt specie a verbo asini. Verba etiam a diversis dicta
de eadem re idem specie est. Et huius ratio est quia effectus quilibet magis convenit cum
principio quo agens agit quam cum agente cui solum assimilatur ratione ipsius principii.
Hoc enim est quo generat effectum per actionem agentis. Similitudo autem rei dicte est
principium quo verbum efficitur que etiam in verbo reperitur, id est dicente sibi coniungitur. Et ideo verbum
ipsum quandoque dicitur similitudo rei, quandoque vero dicitur verbum rei, utrumque similitudo id est rei
exprimitur sive reperitur ymaginaria, sicut fantasma Cartaginis dicitur verbum Car-
taginis secundum Augustinum, sive etiam in intellectu ipso ubi perfecte ratio verbi reperitur quod
ad ymaginem pertinet. In verbis autem que in ymaginativa fiunt non est ratio per-
fectionis expressa. Aliud namque in scientia est unde similitudo exprimitur et aliud in quo
formatur. Exprimitur enim a sensu et formatur in ipsa fantasia cum fantasia sit motus
factus a sensu secundum philosophum. Sed cum in intellectu nichil est in quo aliquid ab ipso exprima-
tur ideo non est aliud quod exprimit ab eo in quo exprimitur sicut nec in deo est. Adhuc per-
exprimens et aliud in quo recipiatur expressum. Sed adhuc in intellectu est defectus quia
aliud est quod exprimit et aliud verbum expressum quod in deo non invenitur. Et ideo verbum
dei est deus. Intellectus autem noster verbum suum non est, nec etiam suum esse dicere quod est causa
proxima verbi. Nascitur enim verbum nostrum ex notitia animus habiti apud memoriam nostram
quod nichil aliud est in hoc loco nisi ipsa receptibilitas anime in qua est tamen iuxta
secundum Augustinum et tamen se non diffiniunt. Alia autem ab extra non requirit. Primus igitur processus
in cognitione verbi est quod intellectus accipit a memoria quod a re sibi affertur non
eam spolians quia nichil in ea relinquens, sed similitudinem habitus in se assumens, et hoc
est sic quod in memoria habetur. Et ideo notitia aliquam id quod ab intellectu percipit verbum
memorie. Sed adhuc non habet perfectam rationem verbi. Habet tamen si intellectus solum recipiat
a memoria exprimente. Sed cum memoria non habeat actum aliquem sed in loco actus solum
tenet a memoria exprimente quasi paratam plenitudinem se. Intellectus vero in hunc suo concipit
capit ab ea. Ideo adhuc perfectiorem verbi non habet. In divinis vero pater cui tandem memo-
ria in posterioribus ordinibus complete competit in divinis generat, quia pater id quod habet non solum tenet
memoria apud nos, sed quia est suppositum completum eius est agere. Ideo generat filium.
Non enim in generatione id presupponit aliquid quasi a patre accipiens et adhuc quasi acci-
piens sicut apud nos intellectus accipit a memoria quod presupponitur cognitioni. Ibi
vero filius generatur a patre sicut si totus intellectus esset a tota nostra memoria et non
solum similitudo id est vel illa. Cum ergo informatus per speciem natus sit agere, terminus autem acti-
onis cuiuslibet sit obiectum eius, nititur agere circa obiectum. Obiectum autem suum est quiditas, ad
cuius per speciem informatur que non est principium actionis nisi ex parte actionis illius cuius
est species. Obiectum autem idem ipsi quod est illa per speciem informatur non obiectum sit extra
in natura sua actio autem eius non est ad extra quia intelligere est motus anime
vel ad animam. Unde cum ex natura speciei quam intellectum ~~speciem dicit~~ quiditatem dicit
tamen ex natura intellectus cuius actio non est ad extra prima actio eius per speciem est formatio
sui obiecti quo formato intelligit sicut sit cum re formatur et formatum est et sic
intelligit, quia ista non sunt motus de potentia in actum, quia iam factus est intellectus
in actu per speciem sed processus de actu in actum perfectius ubi non requiritur species alia
motus. Et quia ut dictum est hoc obiectum in ipso sic formatur et non extra,
ideo est in ipso tamquam ut in subiecto. Est enim similitudo rei extra, quod autem est in alia
ut in subiecto efficitur in ea ut habitus. De perfecta ratione habitus est quando actui
coniungitur in habet enim natura eius perficitur. Similiter tale intellectus involvens

spem intelligibilez in quo et sub quo intelligat Illud enim est lumine qd intellectus possibilis
recipit cum spe ab agente per actionem intellectus possibilis informatu tali spe diffunditur
cum obiectum eius format et manet cum suo obiecto formato. Et hoc habet plena ratio
ubi cum in eo quiditas rei intelligatur Sic enim in principio intellectus actionis
et spes non sunt duo sed unum est intellectus et spes illustrata ita unita in sic
relinquitur similitudo scilicet perfecta genita et expressa ab intellectu, et hoc totum ex
pressum est verbum et est totum rei dicte expressiuum et totum in quo res exprimitur
et hoc est intellectiuum principale quia res non intelligitur nisi in eo. Est enim tanquam
speculum in quo res cernitur, sed non excedens id quod in eo cernitur ¶ Verbum igitur
cordis est ultimum qd potest intellectus in se operari ad ipsum enim ut est in quo rei qui
ditas recipitur, unde quod ipsum est quiditatis similitudo in ipsa terminatur intelligere, sic
enim rationem obiecti intellectus habet ut uero est per intellectum expressum ei coniungitur
dicere et ipsum idem verbum est effectus et actus intellectus qui est formatiuus obi
et eciam ipsius dicere Sed in hoc quedam dubitatio recipitur, qd enim intelligitur potest esse
intellectum in actu. Quod autem dicitur potest esse dictum sed non potest manere nisi dum
attenditur Unde in intellectu potest manere spes obiecti in ~~prima~~ situ Illud enim dico
sine lumine in quo aliquo actu intelligitur Unde est quod verbum non est
hic dicitur non ipsa potentia memoratiua tamen que perdit intellectum. unde ipse intellectus
est natus tenere suum obiectum, tamen per naturam memorie que in nobis est Unde enim est quod
prius saluatur in suo per, et ideo obiecti perfectio in primo situ intellectus habetur
ut dictum est, et ibi posita est perfectio ubi interius ¶ Ex his manifestum est quare
intelligencia apud nos differt a recipitatione filii in diuinis quia scilicet intelligencia
nostra nunc est educta de memoria nostra a qua tamen principium et rationem agendi habet
que si esset de memoria tollit educta ipsa esset verbum memorie sue Unde non
diceret se nec exprimeret nisi dicta et expressa a memoria sua quod aliter simpliciter diceret
et exprimeret se sicut in diuinis non dicit seipsum gignendo et exprimendo sed se dicit
genitum et expressum Tercio manifestum est quare verbum dicitur esse tamen. verbum enim
imperfectum est in quo fieri. quia secundum perfectum esse suum est in fieri sed hoc non est
imperfectum, quod totum simul non existens, sicut est de aliis que sunt in fieri quorum cetera
semper sunt imperfecta. Unde in principio perfectum fuit est quia receptio plene perfecte
certa est formata Et intelligencia esse eius perfectum fuit eodem actu quo gignebatur
Non enim fuisset formatio eius ipso formato, sed eodem actu intelligitur continue formatur verbum
quia semper est ut in fieri, et ut in gignendo ab aliquo dicente Sed in hoc
tamen personaliter concessibus coniungit intelligere uero memorie accipiatur essentiale est in di
uinis dicere uero sicut et verbum non personaliter dicitur ¶ Nunc restat videre utrum
verbum gignatur per reflexionem actus intellectus uel per actum rectum Ad cuius eui
9 dencium est quod actio qua formatur verbum qd est expressiuum quiditatis rei que concipitur
non est reflexa alioquin omne intelligere esset reflexum quia semper uno actu intellectus
aliquid et formatur verbum Unde manifestum est quod intellectus intra seipsum actu recto
exire potest, et hec semper est actio prima que terminatur ad obiectum suum in re et a re
Unum enim constituitur ex intellectu et spe que est principium actionis sue et huius est
agere Unde hec spes prima est que agitur non autem ad quam. Non enim intellectus
inspiciens hanc speciem tanquam exemplar sibi aliquid simile facit quod verbum eius
sit enim non formatur unum ex intellectu et spe tamen intellectus non intelligat nisi
factus unum cum spe qua informatus agit tanquam aliquo primo. non tamen ipsam
attendens Spes autem sic recepta semper ducit in obiectum primum Unde manifestum
est quod primum verbum intellectus perficitur per actionem rectam. hoc tamen quod intellectus non
mittit ad aliquid conceptiones suas sicut facit sensus est quia potest reflecti super
actus suos cum uult. qd non potest sensus, non enim intromittitur ~~in eo~~ corpore medio.

cuius non est recipere quod in eo sit sed cum sit unum agens cum quo etiam species ipsa efficitur
unum spirituale in participando vitam eius participat recipit actum suum cum vult complere
quod non potest species. non enim indiget alia ut seperatim intelligat illa specie sed ut a se
ipsa intelligatur de se nam habet unde intelligat sed non quod intelligatur sed sicut ipsa
alia intelligit habet secundum philosophum. Et hec est prima species prima sit alia intelligunt. Sensus
autem indiget organo ad hoc idem quod agat organum autem non redit super se. Unde
non est reflexio in sensu super se. ¶ Considerandum autem quod genus convenientissima est ubi
gignendi reflexe. Unde nulli putaverunt eam reflexam. Cum enim alia infor
mata a specie format verbum non format verbum in aliquo sui informata specie quod ad sui
extendat se esse specie prima non informato ut in eo verbum formetur et ipsum esset
verbo informatum in eo formato. Sicut enim videtur extendi quasi in rem et per actum
et rem formaret verbum. sed in se specie prima formata eo quod formata est actu gig
nitur verbum et non in aliquo sui modo. Unde videtur hec similitudo prima reflexe
Et sicut est quod cum reflexio fiat redeundo super idem. hic autem non fit reditio
super speciem non super intellectum specie informatum. quia non recipit quido format verbum
gignendo ubi non est reflexa. non enim generatur subiectum ipsum per actum intellectus. nec
similitudo nec etiam illius speciei similitudo que format intellectum quasi verbum eius expressum
sed similitudo rei illius. enim similitudo generatur quod in sua similitudine cognoscitur. ¶ Est
tamen ipsum verbum similitudo illius speciei tamquam eius quo factum est et sibi simillimum
Similitudo rei est ut ad quod formatur tamquam ad exemplar. Nec per hoc oportet
ipsum formantem prius rem intueri et post ad eam verbum seu ymaginem ipsam in
se formare. quia habere speciem rei apud se est sibi loco aspectus exemplaris
Artifices namque intuentes sua exemplaria nichil aliud accipiunt nisi species ex
exemplarium. Hec autem species quam habet intellectus advenit sibi a re quam ipse non
est intuitus sed species. ¶ Et quia rei similitudo est primum generantis huius. Unde in intel
lectu esse generato per rectum in intellectu eius generatur recte igitur a specie prima in ipsum
verbum tamen non principia eius subiectum sed res cuius est similitudo prima. Huic etiam simi
litudini tanto intimius erit verbum quanto perfectius genitum est. Ideo verbum idem
intelligentis est idem principio intelligendi ex quo et ipse fit unum ut tamen sit
informatum subiectum duabus actionibus eiusdem speciei quod impossibile est eandem suscipere
duabus albedinibus sic informari. Hec enim est impossibile quod utriusque actionis est
in ratione eius quo fit aliquid fieri. Verbum autem est quo aliquid intelligitur sicut
lux in qua aliquid videtur. Species autem est quo perficitur cognoscens sicut species coloris
in visu exteriori et forma similiter. Sicut lux ex specie coloris generatur sicut ibi sit
verbum ex specie. Exteriora enim desinunt a contactu interiorum. Et propter hoc licet utrumque
sit actionis et species et verbum eius specie genitum. quia utrumque est in alia ut
in subiecto. Verbum autem magis transcendit in similitudinem subiecti quam species ipsa
Et quia intellectus intrat in quiditatem rei veniens. ideo in specie perfecta est utrius
subalis quiditas spiritualiter per quam quiditas spiritualiter intra formatur. sicut in
calore est virtus ignis attingit in generatione ad formam substantialem ignis ad
quod actus ipse non attingit. Unde verbum quod est ultimum quod potest fieri intra per
speciem magis ad rem ipsam representanda quam nuda species rei. Cum igitur
res intelligibiles extra sint. ille quo intellectus formatur sua specie actu prius non
est informata specie quam intelligeret sed non tunc. Ideo enim verbum quod sequitur speciem rei
semper sequitur vero ipsum intelligere eius. Hoc enim manifestum esset si per speciem rei
tenderet intellectus in ipsam rem nisi esset in specie sicut visus per colorem
extra se existentem et non formaret verbum in se. Dicta prius intellecta. Sed quia
intellectus prius accipiens speciem de re per speciem non ducitur per seipsum in rem
ut est in sua natura sed ut in se quod facit ipse obiectum eius erit quod est in eius

intellectu. Obiectum autem naturaliter prius est actione potentie circa obiectum. Et ideo verbum quod est ipsum in-
tellectum prius est ipso intelligere ad ipsum terminato. ¶ Ex istis manifestum est quo attenditur
prioritas unius eorum ad alterum. Prius enim naturaliter est intellectus informatus specie que est principium
sufficiens intelligendi quam gignitur verbum, et ideo intelligere prius verbo in radice, et
verbum est terminus actionis intellectus. Sed quia obiectum non est nisi in verbo ~~idea~~ ut
dictum est, obiectum autem prius est quam actio que est ad ipsum terminata, ideo verbum prius
est quam intelligere. Et hoc totum ideo est quia non terminatur actio intellectus ad dicere ex re[s]
a qua accipit speciem ut in se est. Si enim species nata esset ducere intellectum ad rem
ut in se est, ut species coloris ducit in colorem omnibus modis, precederet intelligere
verbum. Unde manifestum est quod verbum non sequitur intellectum inquantum per potentiam intellectus, sed
eum precedit semper verbum actum intellectus qui est intelligere. Sed verbum sequitur intellectum
in actu per speciem a qua procedit verbum ut actus ex actu, et non ut actus ex potentia.
Unde posterius est sufficiens principium intelligendi a parte intellectus, et ipsum verbum sequitur ad intelligere
non in se sed in sua radice, ut dictum est. Si vero intellectus a verbo acciperet speciem
prius quam intelligeret ipsum verbum et rem in verbo, ipse formaret per illud intelligere verbum
formari vel eius principium, sicut impossibile est intellectum facere rem extra a qua speciem
recipit. ¶ Ex dictis facile est scire quare intellectus non de se format verbum sed rem. Quia
enim qui informata in ea rem per speciem qua agit quicquid agit. Unde cum in
se. Cum vero intelligit se apprehendere quia non est cognoscitivus nisi sicut alia per speciem
aliquis quia non indiget specie ut intelligatur. Hoc enim patet de se ut hic intellectus
in se speciem qua formet verbum suum sed accipit a se speciem intelligibilem non sui
sed rei que unde formatur ut intelligat, ut dictum est. Cum igitur illa specie in-
formatur statim se intelligit, et hoc est per reflexionem, quia hec species prius accepta
est a re quam a se informata specie eam intelligit. Sed cum intelligit format verbum sui. Ideo intelligere unde procedit est
quam intelligere. Hinc est quod prius format verbum
cum se ipsum intelligit. Hic enim in se ad quod actionem suam terminet eam si intellige-
agat ... et ideo naturaliter posterius format verbum cum se intelligit. Non enim cum se intelli-
ge facit totum sed ad eam ipsum inducit. Non enim est aliquid a quo accipit speciem, sed est verbum suum cum se intelligit,
quia prima species est rei et non genita de eo sed sua unde prius de alia formatur
per speciem rei non prius verbum anime sed rei dicere. Si vero mediata ab ea re apprehe-
deret et similitudine sui gignet in se hic cuius verbum esset prius eius nihil
extrinseci admixtum. Tale est verbum dei quod idem est in natura cum deo pre-
dicente cum ipsum verbum tum a re sit tali modo dicentis formatum sit et accipi-
turum ipsa enim substantia facere non potest. Deus vero nichil dimittas hic in natu-
ra. Ideo verbum suum deus verus est et probat vera. Deus enim qui uno intui-
tu omnia videt uno verbo omnia dixit. Nos vero multa verba habemus propter
imponi intellectus nostri intelligendi. Et horum quedam insunt ex aliis sicut verbum
motum et ... quedam vero non sicut in rebus que non habent connexionem ad se,
ut de lapide et homine. Quedam vero seorsum offeruntur intellectui
quedam cum maiori, quedam cum minori distinctione. Ideo verba nostra quedam plus
sunt composita, et quedam citius quedam tardius formantur sic
conformiter geloria tardius et difficilius. Quedam vero facilius et citius ac-
quiruntur. Et hec de verbo dicta sufficiant.

Nota quod intellectus in intelligendo ad quatuor potest habere ordinem. Scilicet ad rem que intelligitur, ad speciem intelligibilem qua fit intellectus in actu, ad suum intelligere, et ad conceptionem intellectus. Que quidem conceptio a tribus predictis differt. A re quidem intellecta, quia res intellecta est interdum extra intellectum, conceptio autem intellectus non est nisi in intellectu. Et iterum conceptio intellectus ordinatur ad rem intellectam sicut ad finem. Propter hoc enim intellectus conceptionem rei in se format ut rem intellectam cognoscat. Differt autem a specie intelligibili. Nam species intelligibilis qua fit intellectus in actu consideratur ut principium actionis intellectus, cum omne agens agat secundum quod est in actu. Actu autem fit per aliquam formam quam oportet esse actionis principium. Differt autem etiam ab actione intellectus, quia predicta conceptio consideratur ut terminus actionis et quasi quoddam per ipsam constitutum. Intellectus enim sua actione format rei diffinitionem vel etiam propositionem affirmativam vel negativam. Hec autem conceptio in nobis proprie verbum dicitur. Hoc enim est quod verbo exteriori significatur. Vox enim exterior neque significat ipsum intellectum neque speciem intelligibilem neque actum intellectus, sed intellectus conceptionem qua mediante refertur ad rem. Huiusmodi igitur conceptio sive verbum qua intellectus noster intelligit rem aliam a se ab alio exoritur, et aliud representat. Exoritur quidem ab intellectu per suum actum, est vero similitudo rei intellecte. Cum vero intellectus seipsum intelligit, verbum predictum sive conceptio eius est propago et similitudo intellectus seipsum intelligentis, et ideo hoc contingit quia effectus similatur cause secundum suam formam. Forma autem intellectus est res intellecta, et ideo verbum quod oritur ab intellectu est similitudo rei intellecte sive sit idem quod intellectus sive aliud. Huiusmodi autem verbum nostri intellectus est quidem existens ab esse ipsius intellectus, non enim est de essentia eius sed est passio quedam ipsius, non tamen est existens ab ipso intelligere ipsius intellectus, cum ipsum intelligere non possit sine verbo predicto. Si ergo aliquis intellectus sit cuius intelligere sit suum esse, oportebit quod illud verbum non sit existens ab esse ipsius intellectus sicut nec ab intelligere. Huiusmodi autem est intellectus divinus, ubi idem esse et intelligere. Oportet ergo quod eius verbum non sit extra essentiam eius sed ei coessentiale. Habes hoc per beatum Thomam de potentia dei questione octava articulo primo.

Istud notabile valet ad intelligendum ea que scribuntur a beato Thoma in textu de verbo.

Nota secundum Bonaventuram in scripto primi. In genere quedam sunt per se, quedam vero per reductionem. Per se sunt in genere que participant essentiam completam illius generis ut species et individua. Per reductionem vero illa que non dicunt completam essentiam, et hec sub genere nihilominus continentur. Reducuntur enim pluribus modis. Quedam sicut principia, quedam sicut complementa, quedam sicut vie, quedam sicut privationes. Sicut principia dupliciter: aut essentialia aut integralia. Ut principia essentialia sicut materia et forma in genere substantie per reductionem. Ut principia integralia sicut partes substantie sunt in genere substantie. Sicut autem reducuntur ut complementa hoc potest esse dupliciter. Aut enim est complementum per modum actus, et sic actus primus qui reducitur ad idem genus cum substantia cuius est actus, ut vivere et esse substantie sicut genus substantie. Aut per modum aptitudinis, et sic differentie complementi ad idem genus reducuntur cum specie. Sicut autem sicut vie reducuntur hoc potest esse dupliciter. Aut sicut vie ad res, et sic motus et mutationes reducuntur, ut generatio reducitur ad substantiam. Aut sicut vie a rebus, et sic reducuntur potentie ad genus substantie. Potentia enim agendi que egressum dicit ab ipsa substantia ad idem genus reducitur, que non adeo elongatur ab ipsa substantia ut dicat aliam essentiam completam. Sicut autem sunt privationes sic sunt in genere per reductionem et reducuntur ad idem genus sub quo continentur illa quorum sunt privationes, ut in privatione albedinis et coloris, que quidem non est albedo sed ut albedo, non est color sed ut color. Possumus quia privationes non habent essentiam aliquam nisi per habitum in eodem genere esse sunt in quo et habitus per reductionem. Hec Bonaventura super primo.

Incipit tractatus b(eati) Thome de individuatione — quarum una sensus et intellectus. Nam manifestum est illas differentias supponere

Quoniam due sunt potentie cognoscitive ex parte suorum obiectorum differentiam habentes. Sciendum
autem est quod in cognitione humana fundamentum et origo est sensus. Unde principium est
rei extra se, super quem tota actio virium cognitivarum fundatur secundum philosophum. Hoc scilicet
unde patet manifesta passione sensuum a quibus tamen a principio orta passione
intellectuum dixit esse similitudinem rerum. De passionibus autem sensuum nulla ibi fecit
